

EXERCICIOS DE TRADUCIÓN LATINA:
4ª e 5ª declinacións. Verbos irregulares. Numerais.
Demostrativos. Orde e prohibición. Voz pasiva

SIBYLLAE ET APOLLO

Quondam Servius, adulescens Romānus, per rura prope urbem Romam errābat. Septem milia passuum ambulāvit et ad pedes frondōsi montis pervēnit. Magno stupōre specum in saxo reppērit. Statim aliquid mirum sensit et gradum stetit: e specu flatus veniēbat suamque faciem attingēbat. Hoc cogitāvit: “Num ventus exire¹² ex spelunca potest?” Metum suum vicit et aditum specus petivit. Ad fundum antri vēnit et ibi forāmen in solo discrēvit. Genua flexuit et leves ululātus audīvit; at gemītus non erant, sed haec verba muliērum:

-Nobis ausculta! Iuva nos! Ne nos desēras!

-Quae estis? Quomōdo ad vos venīre¹³ possum? Cur infra terras vivitis? – Servius respondit.

-Duodēcim Sibyllae sumus, Apollīnis servae. Diu deus Delphōrum in hoc specu nos clausit: ille nos pronuntiāre¹⁴ oracūla vetuērat (homīnes male cognitiōnem futurārum rerum usurpavērant); sed eius iussum non effecimus. Nunc in hoc puteo punimur! Sed tu auxilio nobis venisti!

-Mirabilis res haec est! Sed quomōdo vobis prodero? Tantum homo sum! Praeterea, Apollīnem timeo: nonne ego quoque puniar? Nemo deum offendit sine poena.

-Magnum donum tibi praebebimus! Quaestio una de vita futura tua a nobis respondebitur!

-Me suasistis! Quid vultis?

-Fac iter in Delphos. Ibi sacra lapis in templo Apollīnis servātur: umbilicus mundi. Fragmentum istius lapidis nobis affer, et promissum solvemus.

Servius aliquid timōris cepit, sed ad Delphos tetendit. In navi a quibusdam mercatoribus frumenti vectus est. In aede Apollīnis fragmen lapidis scidit et in specum Sibyllārum regressus est. Illae magnopere gavīssae sunt et ei dixerunt:

-Nunc quaestiōnem tuam exspectāmus.

-Vbi ero hac nocte? –Servius quaesivit.

-In Olympo! –respondērunt sacerdōtes; at illae nihil intellegēbant.

-Ego sum Apollo! –dixit Servius.

¹² Infinitivo: Tradúzase por “saír”.

¹³ Infinitivo. Tradúzase por “ir”.

¹⁴ Infinitivo: Tradúzase por “publicar” ou “dicir”.